



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Mariae Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Qua ratione complurium virginum pudicitia, Christi præsidio, ab improborum vi, vel in ipso prostibulo sit servata. Sect. 6. n. 47.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

modi propter castitatem sibi intulere, quas se-  
ctione 7. recessimus.

QVA RATIONE COMPLVRI-  
um virginum pudicitia Christi presidio ab  
improborum vi, vel in p. o profibulo  
sit conservata.

SECTIO VI.

47.

**E**x his, quæ attulimus exemplis, satis constat  
virgines Christi, quæ vel pro ejus fide, vel  
pro tuaenda pudicitia, vel pro utraque mortem  
fortiter subiectum, fusile illas quidem eximia in  
Christum charitate flagrantes, servandæ virgi-  
nitatis studio præclaras, animi cõstantia in per-  
ferendis tormentis invictas, multitudine au-  
tem propemodum infinitas: qua ex re cum ty-  
ranni, qui eis tot, tantis que tormentis subiec-  
tabant, in modum discruciantur; quod  
a mulieribus imbecilio vinciri consiperent  
ideo Satanæ instinctu, nonnullas ex his, quas  
tormentis superare non poterant, eis martyrii  
palmarum invidentes, vitam quidem servabant,  
sed stupri minus, & pudoris iactura eas terret,  
acto torquere conabantur; eaque de causa inter-  
dum ad Lupanar productas, perulantum ho-  
minum libidini prostituebant. Ex quo Tertullianus in Apologetico adversus gentes cap 50,  
agens de saevitia Tyrannorum in Christianos,  
pulchre demonstrat vel ipsorum testimonio,  
quanto studio Christiani castitatem colerent,  
quam omni vita cariore dicerent; Tertulliani  
verba sunt: Probatio est innocentia nostra  
iniquitas vestra, ideo nos haec pati Deus patitur:  
nam & proximo ad Leonem damnando Christianam  
potius, quam ad Leonem, confessi esse la-  
cem pudicitia apud nos acrociorem omnium panis;  
& omni morte reputari; nec quisquam tam  
proficit exquisito quaque crudelitas vestra; ille-  
cebra est magis secta; plures efficiuntur, quoties  
metimur a vobis, semen est sanguis Christianorum.  
Ita Tertullianus.

S. Lucia  
virg. & m.

At vero Sanctæ virgines Christi auxilio mu-  
nitæ probe intelligebant, si quid invitæ hoc in  
genere parerentur, sibi ad peccatum non impu-  
tari: hinc Sancta Lucia virgo præclansissima  
cum dixit Tyranno: casse, & pie viventes  
templum esse Spiritus sancti. & Praefatus, jube-  
bo te ad Lupanar duci, ut te Spiritus sanctus de-  
serat, respondit dignam tanta martyre senten-

tiam: Si invutam iussi violari, castitas mili-  
duplicabitur ad coro am. neque ho. ignoravit  
sancta virgo Irene, sanctorum Agapes, & Chio-  
ne (foro), que madmodum legimus in marty-  
rio S. Anastasiæ apud Surium tomo. 6. Gum e-  
nimi Praefatu Lupanar ei minaretur, irene haec  
respondit sic ibi: Cum aliquid turpe sit per  
vim, & repugnante voluntate, nis quidem, qui  
coacti sunt: visderur potius eje supplcum, quam  
peccatum, nos autem constituit eos, qui vim at-  
tulerunt, sic illa. Quod ergo explicat sanctus  
Basilus lib. de vera virginitate, ubi docet tem-  
pore perf. cutionis virgines, divina virtute à  
corruptione servatas, ut mox dicemus; addi-  
quenib[us] obsursum virginibus, si que invitæ eo  
tempore violata sunt, & rationem reddit, qua-  
re id Deus permisit; verba Basilii haec sunt:  
*Sigillatum* inquit, *virgines tempore persecuti: o-*  
*nis rumpassæ sunt, non consentiente ad voluptu-*  
*tem anima, quia mortua corpora violari barba-*  
*rica feritate putabant integrum, atque incorru-*  
*ptam animam, nec aliena libidini consentientem*  
*sponso suo & fidei. & virginitate inclinata ma-*  
*jori cum glori. & laude obulerunt. Voluti pro-*  
*facto Dominus dignatus ostendere eas, cum ip-*  
*sius nominis confessionem praesenti corporis ho-*  
*nestati prælustrarent, nec animas per negationem*  
*fuisse violatas, & corpore non consentiendo va-*  
*lupiati, integras omnino et assisse; nisi forte, qui*  
*per summam vesaniam jugulatam virginem*  
*violare pergit, cum quis mortuum quoque co-*  
*concupisca violasse fateatur, sequippe ipse cor-*  
*rumpt, ipseque cor, umplitur, virgo absente ani-*  
*ma in violata perdurat; similes profecto sunt,*  
*qua cum inter persecutions, casusque omnes il-*  
*luderentur à viris quilibet quomodo libet pas-*  
*se ex ea mortificatione carnis, integra, atque in-*  
*corrupta persistuerunt. haec illa Et Augustinus*  
*in eandem sententiæ Epistola centesima vige-*  
*sima secunda ad Victorianum: Grauiissima, in-*  
*quit, & multum dolenda est illa captivitas for-*  
*mistarum castarum, atque sanctarum, sed non*  
*est captivus earum Deus, nec captivas deserit*  
*suis; quod probat exemplo sanctimonialis à*  
*Barbaris ductæ in captivitatem, cuius pudici-*  
*tia Dei beneficio intacta est servata. ipsaque*  
*ad suos est remissa: quare hortatur, ut ex eius*  
*modi periculis oriente Deum verbis illis, qui*  
*bis in captivitate oraret Azarias apud Danie-*  
*lem, & mox: Hec inquit, illis dicentibus, & ad*  
*Deum ingemiscientibus omnino suis aderit, qui*  
*suis adesse confuerit, & aut nihil in eorum ca-*  
*stiss.*

Irene virg.  
& mart.

Virginia:  
tulanda  
invium  
nemo a-  
mittit,

stissimū membris libidine hostili perpetrari permisit, cum tam animus nulla confusione turpiter inemaculatur, etiam carnem suam defendere a crimen; & quidquid in eum non commisisti, nec permisisti. Libido patet enī, solus erit culpa sua iusta, omnis illa violentia non pro corruptissimum, sed pro passione vulnera deputabitur. Tantum enim in mente valet integritas castitatis, ut illa inviolata, nec in corpore perficit pudicitia violari, cuius membra potuerunt superari. hæc Augustinus.

Casterum Christus Dominus, qui in sexu fragili & toriam martyris consulit virginis tuas in tanto discimi & constitutas, non deferebat, & cetero variis modis inter eas custodiebat, ut idem Basilis loco citato his verbis testatur: Cum ferre verpersecutionem immunitas, electa virginis propter fons fidem ad illudendum in iis hominibus tristis corporibus inviolata durarunt, eos cœlum, cuius gratia ad perseverabat, impiorum conatus in eorum carne irrestos argente, & integrarum corpora non sine prædigio devia virtute custodiens. hæc Basilus, quod subiectis exemplis perspicuum est.

43 Flavia Domitilla 7 Maij Hæc Titi & Domitiani Imperatorum nepotes laicis virginitatis velamine à S. Clemente sucepto Aureliano Titi Aurelii Confulis filio, cui deponita fuerat, nubere recusavi, à quo delata quod Christiana esset, iussu Domini est deportata in Insulam Pontiam: Quam, inquit Hieronymus Epist. 27. Flavia Domitilla clarissima quondam fagnarum pro confessione non invenit Christiani auxilium, ubi in cellula longum duxit martyrum sicille. Deinde Terracinam dedita, doctina & miraculis plurimos ad fidem Christi convertit, inter quos fuere Theodore, & Euphrosina virgines collactant. Verum cum Aurelianus Terracinam venisse in eum Sulpitius, & Servitianus sponsis Theodore, & Euphrosinae, ut omnes simul nuptias celebrarent, cum ius sponsis: isti audiens, & visus miraculis Domini illæ, in Christum crediderunt, & Aureliani hortabantur, ut honorem Deodaret. At ille in sententia pertinax, Domitilla miseri in cubiculum inclusi vim ei illaturus, & post cœnam cœpit saltare, ut mortis est in nupsiis, & repenitentia a correptus duos integrō dies, tandemq; noctes abique intermissione salvavit, donec corruens expiraret. Luxurias vero fratres Aureliani potestate à Tita-

jano accepta Sulpitium, & Servitianum Praefecto Urbis tradidit, à quo pro Christi nomine iussi sunt decollati. Domitilla vero cum Theodore, & Euphrosina incenso cubiculo, in quo morabatur inclusa, una cum eis gloriosum martyris corsum consecit, quarum corpora integræ inventæ à Cæsario Diacono sunt sepulta: eius festum celebratur die 12. Maii, unâ cum SS. Nereo, & Achilleo. S. Flavia Domitilla in exilium ad Pontiam Insulam pulsæ meminit Eusebius l. 3. c. 14.

Seraphia virgo apud oppidum Viadinense passa 3. Sept. sub Hadriano Princeps. Hæc genere Antiochæa, Sabinam ad Christum convertit: cumq; à Berilo Judge, cui dixerat si se mandam Detrachio conservaret, templum esse Dei, ut templum deinceps esse Dei, doobus lativis juvenibus Ægyptus illudendam tradidit, à quibus in cubiculum obscurum adducita, cum ei oranti vix infere vellent, facta horribilitate motu pene exanimes in terram membris omnibus dissoluti corrucunt; mane factio instante Præside Seraphia precibus juvenes illi incolumenti restituti affirmarunt, juvenem decorum, statura procerum, & solis juba re fulgentem, in inter Seraphiam, & ipios interposuisse, ac propter eavibus defectos interrācecidisse. Præses vero magis sibi artibus tribuens jellit eam ardentes facibus inflammat, que mox exuncte sunt, ministris in terram dentibus postmodum fustibus cæsa, terræ motu magno facta fragmentum quoddam a feste, quo virgo cædebat in dextrum Præsidis oculum inuluit, & post iridum ejus nomine orbatus est, echino gladio decollata, & à S Sabina in suo sepulchro est tumulata, in quod postea illatum est corpus ejusdem Sabine martyris, cuius festum 29. Aug. celebratur. hæc de S. Seraphia in martyrolo. & apud Sur. & Petri. de Natali l. 8. c. 50.

Dionydia virgo Troade passa, sed Lampsaci in Heileponto condita 15. Maij. Hæc 17 annos agens in persecuzione Deo prælens aderat tormentis, qui us pro Christo cruciabantur Nicomachus, Andreas & Paulus: sed cum Nicomachus tormentorum acerbitate Nicomachus Christi abnegasset, Idolsaq; facie casasset, hæc à illico à dæmone atteritus in terram elitus pro Christi propriam linguam dentibus mandens expravit, deificiens Dionydia vero exclamavit: O te infacheissimum illud o expiandum, qui propter uniuersa hora spallum rauit, perpetuum, & inenarrabilem penitentiam ibi

requisitum.

*Dionysia  
virginita  
ti vim in-  
ferre cupi-  
tis ab An-  
gelo tor-  
rentur.*

acquisisti. Interrogata itaque & se Christianam confessa, duobus juvenibus illudenda traditur, qui cum eam violare niterentur, Angelus Domini immenso lumine eis apparente tanto ipsos timore perculit, ut ad pedes virginis prostrati, illam, ut pro eis intercederet, rogarent. Præsens vero Paulum, & Andream flagellis ex eos populo occidentos tradidit, eosq; pedibus attratos extra civitatem lapidis obruerunt, ad quos accedens Dionysia, ne ab eorum certamine dislungeretur, Proconsulis Iussu gladio est cæsa, quorum corpora Lampaci una cum corpore Petri Adolescentis ab eodem Proconsule in ea civitate martyrio affecti sepulta sunt, quorum omnium festum 15. Maji celebrantur, hæc ex Vincentio in Spec. hist. l. II. c. 46. & Petro de Natalib. l. 5. c. 4.

49. *Columba virgo* 31. Dec. apud Senonas in persecutione Valeriani, cum Imperatoris Iussu in meretricum Iustis, omnibus prostituenda ginitas per exponeretur, & juvenis quidam impudicus ejus cubiculum ingressus esset, Utta ferocissima è caeve illius fugiens apprehensum eum in terram stravit intendens in Columbam, ac si nutibus interrogareret, quid juberet, cuius Iussu ille sus dimisus ad fidem Christi convertitur. Urfa vero ad januam manens neminem ingredi permettebat: quare igne accenso, Urfa jubente Columba, per tecum aufugit, ignis ab imbre extinguitur: Columba deniq; gladio est cæsa, hæc apud Vincentium in Spec. hist. l. II. c. 104. & Petro de Natalib. l. c. 24.

Nec obsimile contigit Dariae virginis nobilissimæ Romæ sub Numeriano Imperatore, cui ad Lupanar detrusæ Leo è stadio in ejus domum fugiens præsidio fuit, nam juvenem flagitiosum ingressus pedibus conculcavit, oculis in Virginem intentis, ut quid fieri vellet, impetraret. At illa cum dimissum scelerum suorum arguens ad Christum convertit: Leo vero forces obleviabat, ne quis intraret; cum autem venatores Leonem capere conarentur, divina virtute Leo singulos humi deicens detinebat nihil illis malis inferens; qui omnes ad fidem conversi recesserunt, postea igne in domum injecto Leo à Daria recedere iubetur: tandem Daria cum Chrysanto conjugé via Salaria in arenario viventes terra & lapidis obruiuntur die 25. Oct. ut videre est apud est apud Sur. eodie.

*Marciana  
virginitas* Marciana virgo in Mauritania Cæsariensi 9. Jan. Hæc ob Diana simulacrum in platea con-

stitutum, à ministris Judicis cæsa, cuius Iussu in prostibulum compulsa cuidam gladiatori illudenda traditur, qui cum ad eam noctu ingredi vellet, paries angularis lapideus divinitus constuctus, atq; interpositus eum prohibuit, mane ad pedes virginis prostratus erroris veniam, e-  
jusq; ad Deum preces efflagitavit. Cumq; Ju-

dex alterum gladiatorem mutasset, similiter & paries ortus eum à Marciana contumelia separavit, tertio quoque tradita, pari ratione servata est, ea tandem bestiis objecta, leo immensus mansuetus efficitur: sed postea à Taurō in oculo est percussa, & tandem à Leopardo disceppta eute martyrium fortiter consummavit; ejus dies in Martyrol. non tantū 9. Jan. in Mauritania, sed etiam Toleti 12. Jul. acribitur, & Baron. ait primam diem esse natalis, alteram translationis: ejus martyrium apud Vincentiū describitur in Spec. hist. l. III. c. 36. & 37. & apud Petrum de Natalib. l. 2. c. 58.

Thecula, Alexandria, Claudia, Faina, Eu-  
phrasia, Maronna, & Julietta virginis Ancyrae in Galatia 18. Maii. Hæc à Præside primum proflitutæ, sed divina virtute servatæ, lapidis ad colla ligatis, in paludem merita sunt: quatum reliquias collectas eum Theodorus nepos S. Theculæ honorificè sepelisset, à Præside se-  
vissime dilaniatus, deinde ense percussus, martyrii coronam accepit.

Susanna filia S. Gabinii Dalmatæ, & S. Cajii Papæ nepis ex fratre, ex genere Diocletiani Susanna Imperatoris virgo nobilissima 11. die Aug. Hæc mart. vi. Galerii Maximiani, qui in filium adoptivum à Diocletiano Imp. alceitus erat, conjugum sibi regata constantem recusavit, quod vir-  
ginitatem Deo vorisset, cumq; Diocletianus, genitau pe  
ut ex suo genere uxorem illi tradiceret, id modis servauit. Baronijs tom. 2. Annal. ad ann. 249. ) Susanna, vero nullis rationibus ad id contentire velle tandem Galerius Maximianus noctu ad cubiculum ubi illa orabat, ym ei illaurus ve-  
niens vidi supra eam Angelum Domini multa luce circumfusum, quare perterritus, rapido fu-  
ga ad palatium se recipit: post hæc sustibus cæ-  
la domi suæ Iussu Imperatoris capitulis obtunc-  
tatione martyrii palam promeuit: cuius corpus Serena Augusta uxor Diocletiani oc-  
culis Christiana ( cuius memoria in marty-  
rol habetur die 16. Aug. ) suis manibus aroma-  
tibus conditum sepelivit: hæc ex Brevianio, &  
vita ejus apud Sur.

Theo-

Theophila virgo Nicomediae 28. Decemb. in persecutione Diocletiani cum Domina & Agape virginibus, & Inde Eunicho passa est an, Domini 301. Hæc pulchritudine, genere, & virtute præstans iussu Galerii Maximiani ad Lupunar ducta, cum pro suæ integratissima tutela ad Christum preces cum lacrymis sudis, cœpit ibi sanctum Evangeliorum librum legere. Unus autem ex intemperantibus ad eam ingressus, cum jam prope esset, maximo tremore correptus humili procumbit mortuus, & sic ad Theophilæ pedes jacebat non spirans: post multas horas alius ingressus lucis fulgorē conspicatus, & obrutu orbatu quærebat absq; lassatione exire: plurimis quoq; eo ingressiss idem contigit, complures vero non ex libidine, sed studio cognoscendi ea, quæ siebant, ingressi viderunt Theophilam honestè sedentem, atq; legentem & juvenem prope eam stantem luce, ac decoro incredibili, veluti quædam tela fulgoris ex oculis emittebat, quibus conspectis, metu dirigerunt, & celeriter aufugerunt: omnes quidem libidinis oblitii, nonnulli etiam ad Christum conversi; Angelus autem è domo eam educens sistit ad fores templi, ubi Christiani ad Dei laudes erat congregati, & virgine salutata recessit: hujus egregiae virginis memoria in Martyrolo, die 28. Dec. adnotatur: cum tamen multa millia Nicomediensium martyrum, qui ad Naucratis Domini convenerant, & in Ecclesia combusti sunt) inter quos fuit Agape, & ut existimo etiam Theophila) die 25. Dec. commemerantur. Græciamen, ut celebrius hoc festum peragerent, in Menologio in diem sequentem transfluerunt, ubi etiam 20. millia fusse scribuntur: hæc omnia ex martyrio Sanctorum Indes, & Domnæ, & 20. mil'ium martyrum Nicomedensium apud Sur. tom. 6. 26. Dec. quorum acta sincerissima existimat Card. Baronius tom. 2. Annal. ad ann. 301.

*Agape, Ghionia, & Irene sorores virginis Thessalonicae sub Diocletiano, & duæ quidem priores 3 Aprilis, postrema vero die quinto eiusdem mensis, Christi causa martyrum factæ subierunt anno Domini 304. cum enim Diocletianus eas Christianas esse intellexisset, ad se perduxerat, primùm blandis verbis, & promissiōibus à Christo abducere conatur, sed frustis profectus in Macedonia, Dulcissimo Praefecto eorum judicium delegat, qui suo tribunali eas sistendas præcepit: sed cum repente oculis apertis nihil videret timens, ne quid*

pejus ei eveniret, eas remisit in carcere; quoniam autem earum amore captus erat, multis pollicitationibus eas ad suam libidinem inclinare conatus est, sed cum illæ constanter renuerent, ad eas in cubiculo quodam inclusas, ubi coquinæ vasa servabantur, libidine inflammatu accessit: sed ibi mente alienatus dum virgines trastare purat, ollas amplectebatur, & cacabos, ac sartagines osculabatur, quare ex fuligine facie quidem sordidus, & niger, vestibus autem fumum, & tetrum odorem mittebat: cum ergo adeò deformis egressus esset, lictores, qui eum præ foribus prætolabantur, tanquam monstrum aversati fugam arripunt: is vero causam ignorans arbitratus se ab illis inuria affectum, ad palatium Imperatoris accurrit, eos accusaturus. Imperatoris vero satellites eum ita denigratum non agnoscentes, tanquam morionem pugnis, & calcibus ab ingressu arcebant: vix tandem ab uno ex suis familiaribus agnitus, & domū reductus, sibiq; redditus, quæ gerebantur agnoscit; quod ipse magis artibus tribuens, sibi virgines præsentandas jussit, quas Earum cōpræcepit astare nudas; sed vestes earum corporib[us] ita adhæserunt, ut à lictoribus nulla ratio-Deus manne detrahi potuerint: quin etiam Praefectus gnus profundissimo somno in ipso tribunal corre- gius metetur, putus excitari non poterat: quare Imperator Sis-nio Comiti eum demandat examen, qui co-gnitia eum in fide constantia Agapem, & Chioniam in iguem misit, ubi à flamma intactæ oratione ad Dominum fasa, animas reddi derunt. Irene vero ut simulacris immolarec frustra tentatæ prostibulum minatur illa vero liberè respondit, per ea, quæ aliquis repugnante voluntate per vim patitur, minimè pollui: quare militibus eam in Lupanar deducendam tradidit: protinus autem Angeli militari ueste induit, si à Praefecto missi essent, ut eam alio transferrent, ipsam in montis cuiusdam cacumine im-mensas Deo gratias agentem statuunt: quare ad Praefectum perlata, ad monte accessit, Virginem tamè, quam videbat, apprehendere non valebat: itaq; a matutino tempore ad occulum usq; solis circumtrans accedere nitebat: interim à milite quodam Praefecti sagitta percussa animam Deo reddidit. Harum trium virginum corpora usquensis delibuta, & linere compo-sita sepulturæ mandavit S. Anastasia; ex cuius martyrio, quod ex Metaphrasite exarat apud Sur. tom. 6. hæc acceperimus, quibus adstipulatur Vincentius in Speculo histor. lib. 12. cap. 59.

Ccccc &

& sequentibus, & Petrus de Natal l.3. c.24. & 32. quanvis ex eodem Metaphraste Surius 10. 2. die 1. April, harum sanctorum martyrum ex notariis exceptoribus collectum, plurimis omissionis breviter comprehendat.

in eodem S. Anastasiæ martyrio, quod apud Surium tom. 6, ex Metaphraste descriptum diximus, narratur de S. Theodora, quæ cum tribus filiis Christum confessæ, ad Lupanar damnata, admirabili ratione à contumelia est servata. Hæc ex Civitate Nicæa Bithyniæ orta in Macedonia cum tribus liberis, unâ cum S. Anastasia degebat, & Diocletiano propter Christi fidem delata, eiq; exhibita, cuidam Comiti Leucadio ejus amore capto, eamq; in uxorem petenti: à Diocletiano conceditur, ipsa rāmen Leucadio constanter dixit: Si meas opes queru, ideoque me in uxorem ducere cupu, illas omnes tibi relinqu: secum vero conjugium nulla ratione initio. Quare Leucadius cùm nulla ratione in suam sententiam pertrahere posset, eam vindictam Nicetio Proconsuli Bitinianæ transmisit: cemq; Nicæa coram eo, una cum filiis Christi fidem liberè esset confessæ, Judex primogenitum nomine Eudion fustibus cardi iussit; Theodoram verò cuidam Hirtaco viro petulantè illudendam, & inter meretrices constituendam tradit: qui, cùm eam perducere veller, vultu protinus est mutatus; asserebatq; Proconsuli, vidisse se juvenem quandam formolum, habitu deorum simul cum Theodora, qui ei incusso colapho nares contrivit, ita ut sanguinem excusserit: quare ne intueri quidem martyrem poterat sine timore. Proconsul denique eam cum tribus filiis igni tradidit; cuius memoria in Martyrologio adnotatur die 2. Aug. ea Vincentius lib. 12. c. 65. & Petrus l.7. c. 14.

*Euphemia*  
*virginata-*  
*tu vim*  
*molestes*  
*à damone*  
*multan-*  
*sus.*

De S. Euphemia Chalcedonensi virgine, & martyre filia Philopronis Senatoris, & Theodorosæ pia fæmina, cuius festum 16. Sept. commemoratur: illud refert Petrus in Catal. libr. octavo. cap. 34. Judicem libidinis facibus incensum, eam alapis diu caelam, & in carcere remissam, in tecum animo eam opprimendi, sed repente manus ejus exaruit, quod cum præstigis tribueret, domus sue Præpositum ad eam misit, ut ejus animum ad sua libidinis assensum inclinarer: at ille carcere obseratum, nec clave, nec securibus aperire valuit, quin etiam à dæmons arreptus se ipse dilanians, vix

evasit, reliqua quæ ad hanc virginem clarissimam spectant lecit. 4. diximus.

51. Agnes virgo Romana clarissima 21. Jan. *S. Agnus*  
Hæc 13. ætatis anno constanter reiecto connubio filii Symphronii Urbis Præfecti, qui ejus *virginitas*  
amore flagrabat, magnisq; muneribus eam ex- *ab Angeli*  
petebat. Cum Symphronio evocata omni persuadendi artificio adhibito ad filii conjugium adduci non posset quod Christum suum sponsum, à quo annulo subarrata esset, deserere nolle, Præfectus Iustus ad Lupunam ducitur sub voce præconis. Agnetem sacrilegam proclamantis statim autem, ut expoliata esset (verba sunt Ambrosii l. 4. Epist 34.) erine resoluto tantam densitatem capillis ejus divina gratia concessit, ut melius videretur nimbris earum, quam vestibus rectæ ingressa autem turpitudinis locum, Angelum Domini ita præparatum invenit, ut circumdaret eam immenso lumine, ita ut nullus posset eam præ splendore respicere, ei autem orarii apparuit stola candidissima, qua, cùm gratias Christo egisset, le induit; quo cum Præfecti filius eam violatus esset ingressus, vidisseq; clarissima luce circumfusam, nisi omnis in ipsum lumen irrueret, prius quam manu eam contingere præfocatus, à diabolico expitavit, mox precibus Symphroni permota Agnes, oratione fusa, eum in vitam revocavit, qui Christum magna voce confitebatur. At verò Apsactus Vicarius in ardenter rogum Agnetem in ieci imperat, quam divisa in duas partes flamma non attigit: imò verò ea orante extinxitus est ignis: tandem in ejus guttur gladium mergi præcipit, atq; ita Christus sibi spasm, & martyrem consecrat, ad eum postea tumulum via Nomentana Constantia Constantini Imperatoris filia orans infana, mibi morbo curatur, ibique magnificissimam construxit Ecclesiam.

Nec prætereunda est Emerentiana virgo, & martyris Agnetis collactanea, quæ adhuc catenula cum ad eum sepulchrum oraret, à Gentilibus lapidata est die 23. Jan.

Lucia virgo Syracusana generè & martyrio nobilissima 13. Dec. Hæc rejecto sposo, cui contra ejus voluntatem parentes despenderat, ab eo ad Pascaium Præfectum quod Christiana esset, delata, à Præfecto ad Lupanar deduci juberat, ut ejus castitati à populo illuderetur, & hac ratione à Spiritu sancto, cuius templum Lucia castè & piè viveat esse dixerat, defere- *Lucia vo-*  
*go & ma-*  
*plariorum*  
*panū in-*  
*lumina*  
*dit.*  
*retur.*

retur: cui illa ex celso animo respondit: *Si invi-*  
*sam iussu violari, castitas tibi duplicabitur*  
*ad coronam. verum eam tanto pondere fixit*  
*Spiritus S. ut nulla hominum vi, nec fumibus*  
*additis, nec boum jugis plurimis de loco di-*  
*moveri posset, quare Praefetus circa psalm*  
*pice, resina, ac ferventi oleo perfusam, ignem*  
*accendi imperat: sed cum è flamme nihil la de-*  
*retur, tandem gladio in gutture percussa sum-*  
*pta in eodem loco sacra sancta Eucharistia, &*  
*pranunciata pace Ecclesiae, que futura erat*  
*Maximiano, & Diocletiano mortuis, vietrix*  
*martyrum consummavit. Illudque admira-*  
*tione dignum contigit, ut priusquam spiritum*  
*exhalaret, Pachasius, qui Romae fuerat à Sieu-*  
*lis rapinaram accusatus, ferro vinculus ante eius*  
*oculos Romanam perducendus traheretur, ubi*  
*propter sua scelera capitalem exceptit sententi-  
 am. Quanti autem Deus Luciae virginitati*  
*tribuerit, illud facilè declarat, quod S. Agatha*  
*eidem Luciae matris sanitatem perent: per vi-*  
*sum dix. ille legitur: Scut per me Civitas Cata-*  
*nensis sublimatur à Christo, ita per te Syracusa-*  
*nana Civitas decorabitur, quia iucundum Chri-*  
*stionis tuae Virginitate habitaculum preparasti,*  
*hæc S. Agatha, quin etiam nomen ipsum Lu-*  
*ciae Deus optimus adest magnificavit, ut pro-*  
*pter eam, quam cum lucis voce haber affinita-  
 tem, voluerit, ut pro oculorum luce, quam*  
*morailes tantifaciat, & sine qua senior To-*  
*bias oculis captus: Quale, inquit, gaudium mihi*  
*erit, qui in tenebris jdeo, & lumen Cœli non vi-*  
*deo, ut pro hac, inquam, oculorum luce tuenda,*  
*vel recuperanda homines ad virginem sanctissi-  
 munam Luciam accurrant, in eaque sibi præsi-  
 dium ponant, cuius apud Deum preces in hac*  
*præteritum re efficacissimas experientur: quemad-*  
*modum ex plurimis in ejus templis, vel ad*  
*ejus imagines appensis, seu tabellis, seu*  
*oculis argenteis, quibus se voti reos*  
*homines testantur, cognoscere licet.*

(\* \* \*)

VIRGINES CHRISTIANÆ AD  
 Lupanar compulæ, & mira arte à  
 Christianis inde eductæ.

**S**ed & his artexamus virgines alii, quæ pro-  
 pter Christi confessionem atq[ue] yannis ad me-  
 reticum loca compulæ à Christianis. ut si mu-  
 rabili quadam arte deluis leonibus, ab omni  
 turpiudine sunt vindicatae. S Ambros. l. 2. de  
 Virginib. hoc recens exemplū se proferte scri-  
 bit. Virgo quædam nuper Antiochæ propter  
 egregiam formam à mulis in uxorem expeti-  
 ta, verum ne frustra expectarent, perpetuam se  
 virginitatem colere declaravit, adveniente  
 persecutione ad Tribunal producitur puerilla,  
 aut sacrificari, aut Lupanari prostituuijubetur,  
 ducitur ad Lupanar, ibi pro integratis tute la-  
 Christum exorat, & ecce vir militis specie ter-  
 ribilis, sed tamen Christianus irruptus, eiq[ue] ut  
 vestimenta mutaret, perluaderet, tradit eipscum  
 qui tegat ei crines, & ora; chlamydem, quæ oc-  
 cultet reliquum corpus: mutato habuit avolat  
 puerilla de Lupanari; miles vero deprehensus  
 damnatur pro virginē: quæ hoc audiens ad locum  
 supplicii cucusit, pio certamine inter se  
 de nece contendebant, dum quilibet vitam pro  
 Christo ponere, & alium liberare conabatur:  
 Verum duo, inquit Ambros. contenderunt, & am-  
 bo vicerunt, quia ambo sunt martyrii coronam  
 afferunt.

Theodora virgo Alexandriæ in persecutio-  
 ne Diocletiani 28. Apr. Hæc clarissimis parenti-  
 bus orta Eufrasio. Praetidi se Christianam, &  
 propter Christum nupias ecclasse, Christog-  
 virginitatem dicasse libere confessæst, cui  
 Praeses, Imperatores inquit, jussi sunt vos, qui  
 virginitatem servate, aut diu immolari, aut  
 pudorem consumilim pati. At Christi virgo in-  
 fracto animo respondit: Si violare coegeris, non  
 erit ha: impudicitia, sed vu: & injuria: iussu tâ-  
 deni Praetidis in prossibulum ducta, Domino  
 pro sua virginitate preces fudit; cum autem  
 certatim quisque ad eam ingredi studeret, re-  
 pentè quidam ex Christianis religiosissimus  
 nomine Didymus militari habitu induitus  
 primus ad eam intrat, urhacratione ejus pu-  
 dorem servaret: cumq[ue] Virgo primo ejus alpe  
 & tu: conserua esset, tandem causa adventus edicta  
 iussaq[ue] munitate vestes, ut ex loco se expidiret,  
 occisis, & reliqua militari veste le induit capiti

CCCC 2 galcam